



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 22. Tolosam & Burdegalas invadendi consilium a Calvinistis procusum,
atque a Montlucio detectum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

spectam reddidit; unde ab eis quoque ^{Sæcul. XVI.}
Lugdunensis agri imperio exutus, illo- ^{A.C. 1562.}
que Subisus donatus fuit.

§. XXII.

*Calvinistarum molimina contra To-
losanos & Burdigalenses
detecta.*

Pariter Calvinistæ in Occidania Tolo- ^{Thuan. J. 32.}
sam, necnon in Aquitania Burdiga- ^{n. 7.}
lam invadere moliebantur: cum ergo
Rex generosorum Belliducum opera in-
digeret, Montluco perscripsit, ut acce-
ptis regiis mandatis quantocius adef-
set, ac Thermi Marescalli, necnon suas
Cataphractorum centurias secum ad-
duceret: cum autem Montlucus sese
itineri accingeret, hujus Provinciæ No-
biles, ne ipse hæreticorum furori, ac
incolentiæ exponeretur, veriti, illum
toto studio detinere satagebant, Regi-
que perscribebant rationes, ob quas ejus
mandata exequi præpedirentur, quini-
mo illorum cunctatio Religioni sat
commoda accidit; exinde enim clande-
stina detegebantur consilia Hugonotta-
rum, qui Tolosam, & Burdigalam inva-
dere moliebantur, sique utramque ur-
bem felicibus armis occupassent, abs
dubio universam Aquitaniam, atque
Occidaniam sibi subjecissent: quippe
jamjam Tolosam ingredi parabant, cum
Mont-

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

Montlucus una cum ducentis cataphractis accurreret, quibus suppetiis cuncti hujus Provinciæ Nobiles, ac incolæ lecto in hostes impetu plusquam quatuor eorum millia trucidarunt: nec minus prospera in Aquitania Catholicis ardebat fortuna; ibi enim Calvinistarum quamplurimi cæsi fuere: unde iniqua hac sorte deterriti Aginnum, Marmandam, Toninium, Aiguillonium, Cleriacum, ac cuncta, quæ ad Garumnam fluvium occupaverant; oppida victoribus cedere cogebantur: insuper Lactorum deditioe acceperat Montlucus, qui postea Duracii copias insecutus illas Viriæ in Petrocoriensi agro prope Salatum profligavit.

§. XXIII.

*Regis exercitus in Normaniam
irrumpens.*

Belcar.
comm. l. 3.

n. 1.

Thuan. l. 31.
c. 1. initio.

Capta Bituricensi urbe, ut supra meminimus, Regis exercitus Aureliam, cui Condæus Princeps præerat, obsidere parabat: verum alia ratione magis urgente in Normaniam contendere cogebatur; quippe Angli exsensione facta Neusdriam occupabant, quapropter Rothomagum invadere decretum est, ne hostis universam Provinciam communi consternatione depressam subigeret: itaque Amalius, & Stam-